

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Semiramis procacitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## CASTITAS. CAP. VII.

**A** Sed esto lascivum animal columbinum genus, contra Palumbes parcissimi coitus sunt: ideoque Palumbes  
unde dicta.

Quod parcant lumbis, Albertus existimat appellatos. Nam & qui frequentiori usu eos in cibum sumptitare consuerint, in Venerem hebetiores redduntur: quare non inscite illud de alibus hujusmodi dictum:

Inguina Torquati tardant hebetantq; palumbes:  
Non edant hanc volucrem qui cupit esse salax.

Martialis  
in Apophysis  
retia.

## SEMIRAMIA PROCACITAS. CAP. VIII.

**B** Quoniam vero, ut dictum fama est Semiramin sub effigie Columba ab Assyriis coli, Gnidius scribit eam à Columbis enutritam, & in Columbam inde conversam, qua specie colebatur apud Assyrios: id quod de petulca ejus improbat intelligendum est: tametsi quos Diodorus citat, eam & modestam, & nota admodum integritate prædictam fuisse prædicant, neque eam ignobiliter natam interficiantur: utpote qua circa stagnum quoddam in parte Syriae, in crepidinem aquis prominentem projecta, aliquandiu fuerit ab aquatilibus volucribus, quæ apricatum eo se recipiebant, miro propemodum studio educata: quippe non solum alimenta congererent jacenti, sed perinde eam fovendo, ac implumes pullos ab omni aeris injurya protegerent, quoad pastores creberrimo volucrum concursu, infolitaq; trepidatione moti, ex proximis insulis eo convenientes jacentem ex-Semiramis  
tulerunt, alitemq; apud se diligenter Menoni, Regis Nini familiaris, in uxorem concessere. Sed enim diu nefanda libido.

ut pastorale scortum, ut Assyrii regis concubinam fuisse proclamet, ut nullum egerit diem in castis sine adulterio, raroq; ullus ad eam adulter bis admisus fuerit. Satis vero constat tam immoderata libidinis fuisse, ut Equum abominabili probro turpitudineq; adamaverit, auctore Juba. Eam fane ob libidinis servorem Euphorio Ηέλιῳ, hoc est, Ardentem appellavit, epitheto admodum proprio, perinde ac Callimachus Venerem eo versu Ηέλιος καὶ περιόδος αἴγαιοις, id est, ardente Cypris-Cap. 48. 23  
Semiramis  
dū harmoniam. Hanc Hieremias quoque Columbam notavit elogio, cum Babylonios Hebraeorum facinus me-

**C** excide venturos vaticinaretur: *Fugite, inquiens, ab occurrens gladii, quem Columba vibrabit:* per Columbam Babylonis conditricem, & ejus populi auctorem innuens. Quod autem vates hic fatidicus eam gladio insignem inducit, de feroci & impigro ejus ingenio multa rerum scriptores tradidere, sed illud præcipue facinus memorandum, quod Nino Baetrianos obsidente, Menon hanc, uxorem, quippe suam, accersivit, quæ ubi primum in castra venit, Mulier acri ingenio, Baetrianæ acris situm contemplata, confessim viro rationem ostendit loci modico negotio occupandi. Erat arx ab una parte præceps, atque in profundam vallem insigniter abrupta, quam hostes velut inaccessam, nullo praesidio custodiebant. Huc audax mulier cum paucis, quos sibi ad id facinus delegerat, per loca ab Hostium oculis maxime averfa, atque eadem alpera & confragola, præter spem omnium obrepit: inde cum lese veluti celo delapsa hostilibus (quorum oculos Assyrius, dum negotium conficeretur, subita oppugnatione ab omni sensu eorum, quæ fierent longe averterat) ex improviso obtusisset, Baetriani omni spe retinenda ulterius urbis abjecta, alii alio præcipiti fuga dilapsi, urbem in regis arbitrio reliqueru.

## REGIUM AUSPICIUM. CAP. X.

**D** Adnumerant vero Columba inter eas alites, quæ Regibus auspicia faciant. Hinc Maronia-Columba.  
rum officia  
ta Varia.

Anno Æneæ, Columba gemina à matre in auspicium missa. Et Cæsari originem inde trahenti pro spero fuerunt ostento, cum palmarum eam nidis frequentare capiissent, quam ipse castris locum capiens, inter sylvas quas cædebat repertam, conservari, ut omen victoria jusserat: ea enim de causa mirum & inusitatum videbatur, quod id avium genus durum & asperam frondem studiose soleat evitare. Et eadem die qua natus est Diadumenus Marcini filius, Aquila ei palumbum regium parvulum attulit, & in cunis posuit dormienti, recessitq; sine noxa: quod dubio procul eum ab inuite atate Imperatorem futurum indicavit. Quinetiam aruspices dixerunt, Alexandrum Severum futurum Imperatorem, consulti quid haberet auspicii, quod anicula quædam, quo die natus est, ma-tri